



Candidate Name	
Current School	

Latin

Lower Sixth (Year 12) examination

SAMPLE PAPER

Entry 2020

Time allowed: 45 minutes

Translate this story into English:

Pygmalion erat optimus sculptor. ei placebat statuas feminarum facere; sine uxore autem vivebat, quod omnes feminas quas viderat vitiosas esse credebat. cum timeret ne umquam feminam vivam inveniret quam amare posset, feminam eburneam sculperre constituit. multos dies diligentissime laborabat. haec statua pulchrior erat quam pulcherrima femina. vultum verae feminae habere videbatur. Pygmalion, dum statuam confectam spectat, ignes amoris per suum corpus currere sensit. statuam etiam adlocutus est, quod sperabat eam sibi responsuram esse.

Pygmalion, ubi statua non respondit, desperabat. ad templum Veneris contendit, ut deam oraret ut sibi faveret. simulatque ante pedes deae ad terram cecidit, his verbis eam adlocutus est: 'te oro, dea: aut vitam statuae meae da, aut vitam meam aufer. mori malo quam sine ea vivere.' Venus, quae arte mirabili eius gaudebat, benigne consensit. hac spe ductus, Pygmalion domum celerrime profectus est ad statuam inspiciendam. ecce! statua non iam dura erat! tum statua oculis apertis risit! tantum fuit gaudium Pygmalionis ut statim ad templum regrederetur ut deae gratias ageret.

Names

<i>Pygmalion, Pygmalionis m.</i>	Pygmalion
<i>Venus, Veneris f.</i>	Venus

Words

<i>sculptor, sculptoris m.</i>	sculptor
<i>statua, statuae f.</i>	statue
<i>vitiosus, vitiosa, vitiosum</i>	full of faults
<i>eburneus, eburnea, eburneum</i>	(made of) ivory
<i>sculpo, sculperre, sculpsi, sculptus</i>	I carve
<i>videor, videri, visus sum</i>	I seem, appear
<i>aufero, auferre, abstuli, ablatum</i>	I take away